INSIGNIA
FERE OMNIUM,

qui genere nobiles in ducatu Sleſuigæ, Holſatiæ ac Stormariæ arces munitas, elegantia caſtra, prædia, domicilia &c. poſſederunt & etiamnum poßident: quibus præmittitur brevis tractatus de Cimbris: & de origine nomineq; priſco Sleſuicenſium, Holſatorum, Dithmarſorum atq; VVagrorum, nec non ſuccincta de illorum rebus geſtis narratio.

Quod autem numerus familiarum in his ducatibus *non excedit 45, cum alioqui ſatis copioſo equitatu ſint inſtructæ: in cauſa eſt, quod multi nobiles in unaquaq; familia exiſtunt. Nam Ranzoviorum, qui hoc tempore arma ferunt, inveniuntur circiter centum: obtinentq; arces, caſtra, prædia 70. Hunc numerum æquant ferme Alefeldij, Pogvviſchij: Bockvvoldiorum & Sebeſtediorum quoque frequens eſt numerus, non æque tamen ac Ranzoviorum & Alefeldiorum.*